fol. 302v:

S. P. d. seque tibi commendatum exoptat Cum nuper carissime frater celle insidens delitescerem uniusquisque nostras me coram ledentes contuerer totum proque non melioverem qua me solis animo volverem caritatem. ecce subito in mentem venit ut carminibus nostris nuper a me lusis parvulum (vilis) dextrissionem opplerem tibique pro novello anno dono exhiberem. Accipe igitur optime mi mollifer dirimique elogii amice latrator doctissime carmina tibi conscripta pauca e pluribus hoc anno a me lusa. sterili quidem gurgite ut tu Ipse doctusque quilibet cernere luce clariusque potest Accipe xeniolum tui xpofori. quod melius donet Christoforus nec habet. Namque

Sum miser et nudus monachus nec divite censu
  percipio nummos. sum quoque totus inops.
Sum etiam mihi cum Cedro est mihi curta suppellex
  Urens et lutens. pauper ubique vocor.
Ipse licet veniam undis comitatus ad astra
  Si nichil attulero. pellor abinde statim.

(303r) Quilibet in templo domini (ait dives Jeronimus) quisque offert quod potest. aurum argentum alii aes offerunt et hiacinthum. mecum bene agitur si pelles pilosque caprarum tibi exhibuero quomodo melius fore non poterit. Redegi preterea quamplurima vetustissima carmina operarum tabulati torius ecclesie nostre magnifice nostri aurei evangeliorum libri et aliorum in canon. quae si